

I²⁷⁸ O. P I S A V R V S

D V X CIII

*Calendis natus Septembris 1589. in Principem eligitur die 8
Maii Ann. 1658. obiit Anno atatis sue 71.
Cal. Octob. Salutis 1659.*

PRÆCONIVM VETVSTVM.

*A me sibi imuit Gentium terror Othomanus. Dalmatia frustra tentata, ste-
git in armis invicta, in fide constans. Classes potentissimæ hostium depresso
Castrum Russum, inexpugnabile creditum, expugnatum & in meam potestatem
reductum. Iustus in penis repetendis à Voïno proditore. Pius in solvendis iustis
Lazaro Mocenico triumphatori. Parum Patriæ vixi, gloria satis.*

CIII



Victor Pisaurus & Helena Superantia Io: Equitis, ac
Marci Procuratoris filia Ioannem genuit; Libram
excurrente Sole: æquitatis & iustitiæ præludium.
Ferali puerperio cum dubitaretur cæsurus paren-
tem, servavit nascendo. Impubes, cuius est pericula
non agnoscere, vel non curare; cum Morte luctando (noluit ista
vel non valuit, vitæ prohibente Auctore, falcem extendere) ex
turri